



117

MENS SUBSTANTIA
A
CORPORE
ESSENTIALITER DIVERSA,
INCLYTI ORDINIS PHILOSOPHICI
CONSENSU
PRO LOCO
IN EODEM OBTINENDO
DISSERTATIONE
METAPHYSICO - ANTHROPOLOGICA
SECUNDA
CONTRA
RECENTIORES QVOS DAM EPICU.
REO - HOBESIANOS
VINDICATA
A
M. GOTTFRIED POLYCARPO
MÜLLERO,
STOLB. MISN.
D. XXV. AUG. ANNO MDCCXIV.
H. L. Q. C.

L I P S I Æ,
LITERIS ANDREÆ MARTINI SCHEDII.



ALTIATANIA MILITIA
CORPORIS
SOCIETATIS DIABRAS.
INCIVITORDINS PHILOSOPHICI
CONSENSU
PRO LOCO
IN EODVM ORTINENDO
DISSEPARATIONE
METABOLICO - ANTROPOLOGICO
ZEPENDA
CONTRA
RECENTIORIS GOSDAM EPICCI
REO-HORREVIOS
ANARCHIA
GOTTLIBE POTYCARO
MÜLLER
STOLZ MUS
XXV ANNIS MDCCXIX
THEO
LIPSIA
LITTERIS ANDREAE MARINI SCHENDEL



INTROITUS.

§. I.

Cum contraria juxta se posita magis eluceant, veritati, de mentis substantia a corpore essentialiter diversa, in priori dissertatione asserta, contrariam afferre sententiam, eamque brevi discussione examinare animus est. Tanta enim animorum contentio, omni x- tate circa mentis substantiam inter Philosophos reciprocata, nec intelligatis nec vinci rationis acumine potest, nisi de dissentientium fundamentis argumentisque in aciem eductis constet, eorumque phalanx oppositis validissimis rationibus frangatur.

§. II.

Quod mentem, quam circumferimus, humanam non tantum pro essentia a corpore diversa, sed pro tali habemus, quae substantialitatem possidet propriam, explicavit probavitque prima deductio; sed qui contrarium tenent, neque es- sentiam a corpore diversam, neque substantialitatem in ea- dem agnoscunt, quin potius sibi & aliis persuadent, præter corporis subtilissimas particulas in organis motas, & exin prodeuntes effectus, qualitates, potentias aut facultates, ni- bil esse aut inveniri, quod mentem appellamus. Nobis

A 2

mens

mens Spiritus, his autem corporis effectus, nobis propria substantia, his accidens, una cum corpore iisdem vicibus subjectum, videtur; quanquam nonnulli eandem materiam appellare, (a) aut pro inani voce cum dicæracho reputare (b) reformident.

(a) Zweyer guten Freunde vertrauter Brief-Wechsel vom Wesen der Seelen p. 69. his verbis: Daz ich die animam hominis vor ein materielles Wesen hätte halten sollen, darzu habe ich niemahln können gebracht werden &c. & personatus ille Realis de Vienna in discursibus & dubiis in Christ. Thomasii Philosophiam aulicam, Ratishonæ an. 1691. editis p. 73. Secundum Philosophiam, inquit, mens non erit corpus, attamen in & de corpore, non immortalis, attamen immaterialis, seu potentia. Dr. Covvardus, Anglus, ideas sensibiles materiales ab animalibus spiritibus agi modo inamateriali opinatur ap. Raphson Epist. Miscell. p. 86.

(b) Vertrauter Brief-Wechsel p. 32. Ohngeachtet ich die Selbstständigkeit (subsistenz) der Seelen abspreche, deswegen bleibt sie kein inane vocabulum [wie Diærachus und andere gewolt] denn niemand läugnen wird, daß die accidentia und qualitates auch etwas seyn sollen, ob sie es gleich nur so lange sind, als das Wesen der Säden, quibus inherenter machen, und nach deren Zerstörung wieder vergehen.

§. III.

Consentiant in his fere omnes a nobis dissentientes, sed circa descriptionem mentis diversis non raro utuntur terminis, redeuntibus tamen ad unum illum, ad quem collimant, scopum. Sive mentem in continua successione idearum, a causis corporalibus & materialibus excitatarum, (c) ponant; sive eam pro potentissima DEo corpori impressum, aut pro impulsu ejusmodi operationes, quibus homo a reliquis creatis distinguitur, producendi (d) habeant; sive potentiam illam ex forma animalis ortam, qua illud sit rationale.

le, seu summum obtinet cogitandi gradum, aut facultatem intelligendi (e) mentem dicant; sive prolixius fateantur, mentem esse meliorem hominis partem, qua cogitare potest, & quandoque cogitat, constantem cerebro & infinitis ejus organis varie modicatis, affluxu & circulatione materiarum subtiles ididem diversimode modificatae, tam per varia & infinita organa cerebri, quam vi impulsus imaginum phantasticarum, sensuum & objectorum, circulationis sanguinis, respirationis, aeris & DEi, qui est causa prima & motor causarum secundarum (f): huc demum omnia in his omnibus redeunt, quod materia subtilis fluxus & motus legitimus, in organis cerebri aut etiam cordis recte dispositis varie modificatus & determinatus (g) sit id, quod abstracta voce (h) mentem juxta vulgus Philosophorum dicere consuevimus.

(c) Huc redit Philosophia Hobbesi de mente, quam etiam illustri Leibnitio ex parte tribuit Raphson in Epistolis Miscellan. Ep. II. p. 97 - 103.

(d) Autor enim epifolz tertiaz des vertrauten Brief-Wechsels p. 78. scribit: Ich halte die Seele vor nichts anders, als vor die potentias, die Gott dem Leibe imprimiret hat, oder vor den Trieb, dergleichen operationes zu verrichten, die ihn von andern Geschöpfen distinguieren. Wie nun der Mensch nach diesen potentias Gott gleich kommt, aber nicht Gott selbst wird, also halte ich sie vor attributa divina, dadurch die Gleichheit Gottes exprimiret wird, gleichwie ich mir von dem höchsten Gott ganz keinen Concep[ti]o machen kan, als nach menschlichem, wiewol im höhern und höchsten grad ihm zugeeigneten Eigenschaften, dabei ich aber niemals die entgegen gesetzten Wesen [nemlich materiale und immateriale] confundiren muß. Sed mentem dicere potentias omnipotentia divina corpori impressas & attributa divina, est rem obscuram reddere obscurissimam. Imo uti in his paulisper ad Spinozam accederet videtur, ita quid in mente habuerit, explicat aperte p.

80. verbis: Denn wolte ich gleich wider den analogia-
storum [scil. Dei] mit der Menschen Denken anstellen, und
dennoch die Seele des Menschen vor eine Idee des Men-
schen bey Gott ausgeben, so fürchte ich doch, es möchte
mir dieser Ausspruch nicht passirt werden. conf. Spinoza
Eth. P. II. Prop. 20. 21. & propos. 43. schol. in Epistolis au-
tem p. 441. Unde harmonia videri potest, de qua ex capi-
te secundo §. 2. accuratius fieri poterit judicium.

(e) juxta Realem de Vienna c. I. p. 78.

(f) ita se explicat autor Concordie rationis & fidei, seu harmonia
Philosophiae moralis & religionis Christianae in cap. X. seu
Appendice prima de Anima. Prodiit liber Amstelod. an.
1692. & recensetur in Unschuldigen Nachrichten von al-
ten und neuen an. 1707. p. 159. seqq. Autor fertur Stoschi-
us Berolinensis v. D. Fried. Meyeri dissertatio de Spinozi-
smo post Spinozam p. 8. §. VIII.

(g) perinde enim est, siue dicant hunc ipsum modum, siue ejus
effectum esse mentem, cum unus non sit sine altero.

(h) hoc enim sensu non potest non mens tantum abstracta vox
esse, qua quædam accidentia coniunctim sumta notantur;
confer Hobbesii dicta in Leviathan. p. 340. sqq.

§. IV.

His & consimili ratione philosophantibus non potui
non nomen titulumque recentiorum quorundam Epicureo-
Hobbesianorum tribuere, quandoquidem ex omni antiqui-
tate philosophica constat, inter paganos neminem magis præ-
ter Epicurum & Epicureos hanc ipsam sententiam fovisse,
Hobbesiumque inter Christianos recentiores philosophan-
tes eam supultam quasi in scenam revocasse; quem Hobbe-
si recentiorumque cum Epicuro consensum, non in asser-
tione tantum, sed & probationibus ubique conspirantem,
alii etiam in apricum produxerunt (i). Quicquid moder-
ni aut recentiores quivis substantialitatis & spiritualitatis in
mente oppugnatores, Christianum nomen profitentes, in

an-

antiqua! Epicureorum circa hanc doctrina mutarunt, statum eius post mortem solummodo concernit, cum christiana religio ipsis necessitatem quasi imponeret, corporum resurrectionem afferendi, eorum ad minimum, qui vera in Christum fide demortui sunt. (k). Qua inducti ratione non potuerunt non admittere, mentem cum corpore exspirantem in die, qui mortuos revocat, divina potentia in corpore rursus accendi, sine fine postmodum duraturam (l). Quomodo autem divinissimas scripturas in partes aut trahant aut rapiant, Theologis excutiendum relinquimus.

(i) hoc pertinet ex Raphson, Epistolis Miscellaneis Epistola I. & II. tot.

(k) videtur quippe Hobbesius interdum ita verba fecisse, ac si in Christum non credentes post resurrectionem peccata infernali plane interire debere opinaretur. v. Leviathan p. 209. & 336.

(l) & Hobbesius & Covvards cum reliquis cunctis circa hanc materiam affectis idem in hoc sentiunt, prolixissime tamen se se autor des Brief-Wechsels explicavit. Neque opinarer negativam de substantialitate & spiritualitate mentis sententiam inferre, ut nulla vita æterna aut peccata æterna locum habere possit, uti Ditton rationem ducere videtur, juxta Journal Litteraire T. II. Art. VI. p. 130. sq. Lenius de iis iudicat Raphson c. I. p. 94. dicendo: Fatoe hanc hypothesis [sc. de accidentalitate mentis] cum religione posse consistere, & tempus amissæ seu interruptæ vitæ maxime diuturnum, quasi momentum esse, & contempnendum quid respectu æternitatis seu vitæ interminabilis.

§. V.

Nobis sufficiet, duobus capitibus eorum fundamento & argumentis philosophicis obviam ire. Primum in posteriora physices systemata inquiret, an ex illis sententia nostræ opposita sequatur, & demum id ostender, cui vel maxime hic pullus tanquam matri debetur. Qui ad hoc ipsum & ad cuncta dissentientium argumenta responderi possit, expo-

ner



net secundum, indicatis hinc & inde occasionibus, per quas
facilis datur ad negationem substantialitatis & spiritualitatis
in mente transitus. Non equidem diffitendum, posse vide-
ri Humphredum Dittonum, Anglum, multa mihi dicenda
praoccupasse in sua de cognitione & cogitatione dissertati-
one, non ita pridem edita; (m) sed quantum ex datis exer-
ptis perspicere licuit, judicii acrimonia non ubique ad ma-
teria gravitatem accesit, eorumque, quæ congesi, compo-
sitio cum illis, quæ sunt Dittoni, evincent clarissime, eandem
rem a pluribus commode tractari ratione longe diversissi-
ma. Meum erit, ita in hac materia, quæ acutissimos quo-
vis occupavit, versari, ut modestius limites, ultra quos ci-
traque non datur vita honestas, transfiliam minime, non
dictionis acerbitate, sed, quantum ame per Dei gratiam pro-
ficiisci potest, ratiocinationum vi & efficacia veritatis causam
acturus.

(m) recensetur illa, observationibus nonnullis castigata in Journal
Litteraire T. II, p. 129. seqq. sub titulo: A Dissertation on that
question, whether consciousness and thought can be the
result of mere matter and motion. With some reflections,
concerning the nature of God, of human Souls, an the
universe in general &c.

C A P. I.

S. I.

Quantum quidem in remotissimam a nostra ætate
Philosophiam descendere, ejusque ultimam re-
petere memoriam possumus, antiquissimos ex
Philosophis, Hebraeos, Chaldaeos, Ægyptios, si-
milesque de natura spirituali, materia & corporibus con-
tradicentes, nec non de substantia mentis spirituali ne qui-
dem dubitasse deprehendimus, quin potius circa substantias
spiritu-

spirituales afferendas excessu magis, quam defectu peccasse videantur. Sequuta est hos sere omnis philosophia barbarica, in plurimis minime barbara, imo hinc inde Graecorum systematica longe excellentior; unde in Pythagorae & Platonis schola manifestissima dantur signa, bonos illos viros de accidentalis intentis natura ne quidem per somnum cogitasse. Tam sublimia etiam de mente tradunt, ut hominem sere non nisi mentem, corpore nimium contemptu, habuerint, in quo solo dissentientes nostri humanam natum constituerunt. Idem quod veteribus barbaricis & Pythagoricis contigit Kabbalistis, quorum alias magna datur in plurimis convenientia, in doctrina de substantiis spiritualibus ad excessum ubique inclinantibus: quorsum etiam quinque eorum gradus aut differentias animarum pertinere probabilissimum est. (n)

(n) in multis recensentur libris Kabbalisticis sub nominibus רוח נשמה נפש יחוירן חירן v. prolixo Kabbalistarum Aquilæ, Rabbi Jitzchak Lorijensis Germani, Tractatus de revolutionibus animarum cap. I. §. 6. sqq. in Kabbala denudata T. II. p. 246. sqq.

§. II.

Magnam cum systemate Kabbalistico analogiam possidet systema Spinozisticum, prout illud in libris suis Ethicis exstruere conatus est, quod ut Semi-Kabbalisticum ex Kabbalismo & Cartesianismo conflatum, (o) hoc referre non incongruum erit. Etenim hic materia sua prima, naturas spirituales ac corporales includenti, divinissimæ tamen & spiritualissimæ duo attributa, cogitationem scil. & extensionem infinitam, tribuit, omnesque res singulares ex in conexione causarum necessaria productas ad duas species, modificationes scilicet infinitæ cogitationis & extensionis, reducit, quæ mentes & corpora vocantur, (p) Licet autem corpora & mentes quoad

B radi-

radicem primæ materiae sint unum & idem, respectu tamen modificatae productionis diversissima agnoscit, (q) colligitque corpus humanum mentemque humanam tam diversa esse naturæ, ut corpus interire, vel in aliud statum, in quo a rebus hujus vitæ non afficiatur, transire possit, cum mentis aliquid, quod scilicet a corpore non dependet, uti imaginatio & memoria juxta ipsum talia a corpore dependentia sunt, (r) intellectus nimirum & voluntas, quæ tamen ab ipso pro facultatibus diversis non habentur (s) post corporis destructionem remaneat. (t) Ex quibus cunctis in aprico est, agnoscere Spinozam mentem æque ac corpus peculiarem naturam essentiamque, quæ separari queant; ut respetu differentiæ corporis & mentis, a me assertæ, nihil ex hypothesi Spinozæ veniat opponendum. (u)

(o) patet hoc ipsum ex simplici utriusque systematis comparatione, perque ejus judaicam in juventute institutionem & subsequentem Cartesianam inter Christianos sponte probat eiusmodi compositum philosophandi genus. Quæ de natura DEi, materiae primæ, emanatione ex DEo, causa mundi immanente &c. magno conatu urget, os vultumque Kabalæ referunt; duo autem attributa extensionis & cogitationis, & quæ exin sequuntur, redolent sapientiam Cartesianam. Luculentissime Kabbalismus Spinozæ a Joh. Georgio Wachtero in Elucidarii Kabbalistici cap. IV. tot. contra clarissimum Dominum Buddeum evincitur.

(p) materiae primæ vox, quantum memini, in Spinoza non occurrit, res ipsa tamen aliis & quidem Kabbalisticis titulis expressa occurrit frequentissime, de quibus omnibus Wachterus c. l. Tantum abest, ut Spinoza mentem ex corporis natura, particulis, earumque motu deducat, ut potius omnia ex spiritualissima natura in determinationes extensionis erastiores, h. e. corpora & in determinationes cogitationis singulares h. e. mentes (materiae enim & spiritus vocem sensumque vulgarem plane ignorat,) descendisse Kabbalistico more opinetus,

(q) ex

- (q) ex diversissimis enim attributis deducta.
 (r) v. Tractatum de emendatione intellectus p. 383.
 (f) Ethics P. II. Propos. 49. coroll.
 (t) Ethics P. V. Prop. 39. 40. 41. 42.
 (u) Id quidem est, quod mihi hac in re volo, recentiores nostros Epicureo-Hobbesianos pro sua de mente sententia confirmanda male ad Spinozam provocare, canaque in partes trahere. Differt enim maximopere eorum & Spinozæ sententia recte h. e. Spinozisticæ intellecta. Verum est, Spinozæ mentem & corpus unam esse substantiam, sed non tam, quamlibet sibi hi philosophi concipiunt, quamque pro corpore habent. Spinozæ enim substantia est infinitæ cognitionis & extensionis, quam illi non videntur intellexisse. v. Ethica P. III. Propos. II. cum scholio. Verum ex hac ipsa prima substantia innumerabiles prodire singulares cognitionis & extensionis determinaciones, essentialiter quidem [si cum scholis loquendum] sed non substantialiter differentes, in semet per consequens agentes, & juxta æternas leges, quibus unitæ sunt, sese determinantes, licet diversa sint maneantque productæ. An ex his confusio DEi & naturæ sequatur, alii videant, uti Raphson c. I. p. 104. seqq. ideo Spinozam hyloteon vocat, coll. dissentientibus Cufflero in specimine artis ratiocinandi p. 112. seqq. & Wachter c. I. cap. IV. §. 25. Quod ergo mentis corpore destructo juxta Spinozam remanet, est vera essentia a corpore distincta, non tantum de mente humana in DEo cogitatio, [Denken] uti collegisse videtur aucto Epistolæ tertiaz im Brief-Bechsel p. 80.

§. III.

Magnam pariter conspirationem cum Kabbala deprehendere licet in alia quadam nonnullorum de primis rerum principiis sententia, eorum scilicet, qui materiam aliquam primam, sola extensione informi constantem, primitus a DEo productam esse sentiunt, ex qua addito motu elementa & spiritum constituerit DEus, elementis certum & definitum, spiritui indefinitum motum tribuendo. Ele-

menta non nisi duo esse, substantiam scilicet expansivam s.
ætherem, & contractivam aerem, ex quibus corpora cun-
cta, utpote substantiaæ elasticæ, ortum sumissent. Spir-
itum vero substantiam intellectione, hoc est, facultate ali-
unde recipiendi ideas, & secundum illas agendi, exorna-
tam dicendum esse. Dari pariter in productione corporum
omnium semper progressum a fluidis ad solidam, ex quo vel
ipsa vulgaria elementa essent orta. (w) Quod quidem sys-
tema uti distincte satis Spiritum a corpore distinguit, & per
consequens in substantiali mentis spiritualitate amice nobis-
cum consentit; ita componendo illud cum antiquis plenius
cognitis Kabbalistico-chymicum pace eorum, a quibus ex-
pliatur, poterit appellari. (x)

(v) v. Excellent. Dom. Rüdigerus in dissertatione de nexu &
motu systematis mundi physico, disputationibus suis philo-
sophicis Hale an. 1709. habitis præmissa.

(x) doctrina materiæ primæ. origo spiritus & corporis ex eadem,
elementorum aut materiæ secunda motus natura sua insitus
Kabbalistica sunt; progressus autem a fluidis ad solidam, &
vulgarium elementorum deducio antiquam & recentiorem
Chymiam, cum & ipse Helmontius ex aqua omnia solida
deducere laboraverit, ac, ut verum fatetur, naturam ipsam
sapit. Potest autem aliquid esse Kabbalisticum, quod au-
tor nunquam ex libris Kabbalisticis, sed ex alio quocunque
fonte hausit.

§. IV.

Neque in Systemate Stoico, quod non patrum Kab-
balistum, licet hinc & inde perperam intellectum redoleat,
præsidium invenire est accidentalitatis mentis humanae DE-
um materiæ ut spiritum contradistinctum, sub ignis natura
conceptum, ita ut animæ vel mentes hominum æthereis sint
ignes e cœlo, e stellis, ab ipso DEo advenientes, corpo-
ribus extinctis superstites eisdem & longævi, sed demum
in

in universali revolutione in aeternum & infinitum ignem, DE-
um, resorbendi. (y) ¹³³¹¹¹ ενταῦθαι οὐδεν ελλόγει
in omnibus Lipsius in Physiologia Stoica prolixissime, im-
primis Lib. I. diss. 4. 6. & Lib. III. diss. 8. 9. 11. DEum

& materiam interdum corpus appellant, voce hac pro esse-
tia quavis reali utentes.

§. V.

Majori specie Aristotelis de anima doctrina inservi-
re dissentientibus posse videtur, ut etiam vocem vexatissi-
mam, crucem quondam philosophorum, εὐτέλεχειαν, in
partes trahunt. (z) Ab hac tamen opinione Hobbesius alien-
nus est, qui Aristoteli, ejusque philosophia, Christianismo
infusa, originem adscribit persuasionum, quibus essentia
& formae substantiales, ut & substantiae incorporeæ, ani-
mæque hominum separatae asserantur. (aa) Evidem admit-
tit Aristoteles intelligentias ut substantias cælorum motrices,
sphæris motis contradistinctas, a substantialitate spirituum
hoc ipso minime abhorrens. In doctrina de anima ita lo-
quitur, ut animata corpora ex ψυχῇ καὶ σώματι, ex quibus
anima imperet, corpus obediatur, constare, & ad corporis na-
turam omnes succos, etiam subtilissimos, referendos esse,
satis appareat. (bb) Anima porro humana εὐτέλεχεια prima
corporis, potentia vitam habentis, ipsi audit, voce ho-
mini cum omnibus brutis communi. (cc) Quibus inter
se collatis probabilissimum habeo, per animam homini &
omnibus animantibus communem illum creatam quandam
DEi potentiam, per semen propagatam, & cunctis succis
organisque rite præparatis in actum erumpentem, materia
ubique & perpetuo junctam intellexisse, quam substantiam
peculiarem creatam esse aut ab ipso habitam fuisse nihil repu-
gnat. (dd) Veruntamen non opus est substantialitatem ani-
mæ tam tenaciter defendisse, ad evincendum, Aristotelem

mentem hominum substantiam ab omni materia separatam agnovisse, modo attendamus, præter animam corporis vi-
talem hominibus *vñ*, mentem, ab ipso tribui, de qua ita
differit: *λείπεται δὲ τὸν νῦν μόνον θύγαθεν ἐπεισιθετούσαν, καὶ θέμον εἰ-*
ναν μονον &c. restat ut mens sola extrinsecus accedat, & sola quid divinum sit, eo quod ipsius operationi corporalis opera-
ratio non communicet: omnes animas (*ψυχὰς*) in materia
vi seminis ingigni, eo quod omnis earum operatio a corpo-
re pendeat. (cc)

(z) fecit hoc Autor des Brief-Wechsels p. 17. & 71. sententiam suam ex Melanchthon de anima p. m. 13. deducens, qui quidem animam *l. ἀντιλέχειαν* ex mente Aristotelis accidentalem statuit, sed postmodum ex ejusdem mente accidentalem & substantialem entelechiam admittit p. m. 18.

(aa) prolixo discursu evincere hoc conatur in Leviathan p. 320.
seqq. & 340. seqq. Forsan prioris sententiae patroni distin-
guent inter Aristotelem & Philosophos Aristotelicos. v. au-
torem des Brief-Wechsels p. 35.

(bb) v. Jani Augusti Vogelii Aristoteles resolutus in Physica spe-
ciali P. I. §. 2. 3.

(cc) id. ib. in Physica speciali P. II. de anima §. 5-9.

(dd) dissensum inter Angelum Politianum & illustrem Buddeum lege in Histoire Crit. de la republ. des lettres T. IV. p. 253.
sq.

(ee) integer locus cum antecedentibus & consequentibus legi meretur Lib. II. de ortu animalium cap. III. neque enim Ari-
stoteles tam abjecte de mente hominis, ejusque post mor-
tem felicitate, quam Lib. X. cap. IX. Edicorum & Lib. I.
cap. IX. descripsit, sensit, ac dissentientibus videtur.
S. VI.

Clarissime consentit sistema Cartesii, ex cuius de-
mente & corpore ideis nostram sententiam tam aperte co-
gnoscimus, ut nullum reliquum esse posit dubium. In
eo maxime occupatur, ut materiam & spiritum, sive sub-
stantiam extensam & substantiam cogitantem, ita a se invicem
separat.

48 15 84

separat, ut in unicum quidem attributorum, quæ uni harum
substantiarum conveniunt, alteri convenire queat, quo ipso
mentis & corporis humani substantialis differentia oppido sta-
bilitur. Ita etiam rationem dicit Dn. Claudius Clerselier, pro-
lixissime ex principiis philosophiæ Cartesiana de reali & sub-
stantiali mentis a corpore differentia agens. (ff) Cartesius equi-
dem in suo de homine tractatu totus in eo est, ut motum cor-
poris omnemq; sensum vulgo sic dictum externum mechanice
declaret, hoc tamen usque adeo nihil nocere ejus de spiri-
tualitate mentis assertioni juxta ipsum debet, ut ne quidem in
mente aliquid mechanici, imo ne minimum extensionis ad-
mittere velit. Quare a Cartesio tam plane & systematice
non scriptum ejus asecla Ludovicus de la Forge, Medicinæ
apud Salmurienses Doctor, in tractatu fatis prolixo de men-
te humana, ejus facultatibus & functionibus, nec non de e-
jusdem unione cum corpore, ubi distinctam mentis & cor-
poris essentiam in hac & altera vita prolixe asseruit, exhibe-
bere conatus est. (gg)

(ff) Edidit hic latine Renati des Cartes Tractatum de homine
& de formatione foetus, quorum prior notis perpetuis Lu-
dovici dela Forge illustratur, Amstelod. an. 1677, in cuius
præfatione diffusa id, quod dixi, pertractavit.

(gg) prodidit liber Amstel. an. 1669, ubi in præfatione, religioni
sue inserviens, conatur etiam consensum Augustini cum
Cartesio, patris maximæ imo nimiae inter plurimos Christia-
norum autoritatis, in doctrina de humana mente evincere.

§. VII.

Solus superest Epicurus, nam chemicorum princi-
pia huc plane non pertinent, cum suo systemate, qui cum
negantibus substantialitatem & spiritualitatem mentis vere
& aperte facit. Atomos suas debebat Democrito, reliqua
physices dogmata, præter pauca, in quibus secessit, Anaxa-
goræ, quibus lucem & immortalitatem præ omnibus dedit

Lu-

Lucretius, versibus elegantissimis reddens, quæ Epicurus libris triginta & octo de natura expresserat. Ex æternis enim & indivisibilibus corpusculis, in infinito spatio citra DEi ullius concursum & directionem proprio pondere essentiali descendantibus, & in via declinantibus & allidentibus, mixta esse, & juxta leges motus, ex pondere, figura & situ corpusculorum necessario sequentes, formata omnia hujus universi corpora, vitam in mechanico impulsu subtilissimarum particularum, certis in organis confistere, (hh) & consequenter ex una hac materia hominem totum constitutum esse (ii),

Sic animus per se non quid sine corpore,
& ipso esse hominem. Nec sine corpore enim vitales edere motus,
Sola potest animi per se natura -

quoniam tenuem constare minutis
Corporibus docui, multoque minoribus esse
Principis factum, quam liquidus humor aqua' est,
aut nebula aut fumus -

Præterea gigni pariter cum corpore, & una
crescere sentimus, pariterque beneficere mentem:
Post ubi jam validis quaßlata 'st viribus ævi
corpus, & obtusis ceciderunt viribus artus,
claudicat ingenium, delirat linguaque mensque,
omnia deficiunt atque uno tempore desunt &c.
Ergo dissolvi quoque convenit omnem animai
naturam -

Hæc est illa Venus, quæ nonnullis recentioribus arrisit, ex
mechanico Epicuri systemate necessario quidem fluens, sed
a Christianis hisce præter DEi, creationis & gubernationis
ejusdem addita dogmata, qui non raro *από μορχων* in
auxilium trahitur, Christianæ religioni, quantum fieri po-
tuit, accommodata, quam jam secundo capite examinare
mej est officii. (hh)

- (hh) eleganter recensuit & refutavit hanc totam hypothesin Joh.
Rapay in P. I.p. 15. lqq. libri: the vvisdom of God , manifested
in the Works of the creation.
- (ii) probavit hæc & sequentia proline c. d. Raphson p. 34, lqq.

C A P. II.

§. I.

Defenderunt hanc , quam impugnamus , sententiam omni fere ætate inter Græca Philosophiæ aut Se-
ctatores aut imitatores non pauci , judicio & erudi-
tione excellentes viri , quorum effata nullis aur stra-
mineis plane argumentis ab iisdem suffulta fuisse
creditu nefas est . Gravissimæ semper ipiſis viſaſ ſunt , ex na-
tura mechanismi , materiæ & corporis , deductæ rationes , quas
magna copia afterunt , quasque in generales ex ſystemate me-
chanico per ſe fluentes , & in ſpeciales , quibus perſuasio e-
orum de ſpiritus , operationum mentalium , corporis que na-
tura ortum dedit , diſtribuere licebit , ac modeſte refellere .

§. II.

Evidem naturam universam cum suis corporibus vulgo etiam ex materiæ mechanismo deduci , eaque , qua in brutis obſervamus , materiæ adſcribi , obſervant , ſimpliſi-
ſum ergo eſſe , iuſdem ex cauſis naturam declarare humanam , ut mens , vel potius operationes vulgo ſic diſtæ mentales , ef-
fectus ſint motus particularum ſubtiliſimarum optimarum que in innumerabilibus organis mechanici . (kk) Illustrant ſententiam hanc , aut , ut nonnunquam ſibi perſuadent , pro-
bant operationibus variis mechanismo ſtupendis , admiran-
disque , quibus natura mentei quaſi & rationem imitari vi-
detur , quorum præter alios Willisius & Sturmius , (ll) mecha-
nismo pariter nimium tribuentes , colligit magnam copiam . Atque ut de mechanismo naturæ univerſæ , de quo impoſte-
rum , (mm) nihil afferam , cum in propatulo ſit , quibus argu-
mentis a multis ſit conquaſſatus , minime iſpis conceden-
dum exiſtimo , brutorum operationes ex motu mere mecha-

C nico

nico explicari posse, siquidem sensionis, idearum & cogitationis, desiderii, nec non memorie, recordationis & nonnunquam ratiocinationis, pro modulo scilicet sphære vivendi, circa res materiales & sensibiles manifesta in iis deprehenduntur signa (nn). Supponunt dissentientes ex Cartesiano concessum, brutorum operationes nonnisi mere mechanicas esse, quod dubio procul magnam recentioribus dedit sententiae de mentis accidentalitate occasionem, cum tamen ipsis minime per principia dissertationis primæ sit concedendum. Multo minus exin derivata illatio vim habebit aut robur, vel si ex naturæ materialis totius analogia ad hominem ejusque totam essentiam velint concludere, quasi nihil impedit, quominus & hæc ex unica corporis natura explicetur. Numerum enim essentiarum a DEo productarum non licet pro lubitu supponere, ac si nonnisi unica materia esset producta, (oo) sed potius ex rebus ipsis, earumque proprietatibus inferre; imo impedit hominis essentiam totam per motum materiæ exponere, quia, ut infra demonstrabitur, & in prima dissertatione deductum est, operationes mentales nullam habent cum operationibus materialibus essentiale convenientiam. Quid vero est hoc ipsum, mentem esse motus particularum materialium, in certis organis motarum, effectus, si causæ & effectus nulla potest intelligi analogia, tales quippe sunt causæ, quales effectus? Motus materiæ mechanicus, quam admirandus sit, non nisi mechanicum producit effectum, hoc est determinationem materiæ motæ respectu fitus & figuræ diversam, (pp) quis vero dixerit, operationes cunctas mentis esse diversos fitus & figuræ materiæ, in organis diversimode motæ & determinatae, donec liquido ostendatur, qua ratione exin possint intelligi?

(kk) v. autorem des Brief-Wechsels p. 16. 17. & 70. Realis de Vienna c. l.p. 73. seq.

(ll) Willius equidem ad tales machinas in declaranda brutorum scientia, sed male, provocat de anima brutorum cap. VI. p.m. 49. 50. Ad eandem rem accommodare has laboravit Joh. Christoph. Sturmius in T. I. Physicæ electivæ p. 850, sqq. s. in usu physicæ generali subjecto art. IV. §. 4. 5. 6. (mm)

- (mm) Statim §. 4. 5. 6.
- (nn) res ipsa hic loquitur, si eam audire Philosophi velint, conf. D. Jenkini Thomasi Britanni Tractatum de anima brutorum Philosophico - apologeticum.
- (oo) autor des Brief-Wechsels p. 25. verbis. Wie hier (in den Bäus men und in dem Schein der Sonne) alles von der adaptirten Materie entsteht, also kan es bei den Thieren u. Menschen, uti in superioribus loquitur,] auch zugehen. Respondeatur: Sol & plantæ non cogitant, volunt, lætantur & tristantur, ratiocinantur, determinant sese, intelliguntq; etiam res a materia abstractissimas, uti partim in brutis, partim in hominibus palam observamus. Longe clarius concipitur, DEum, ens sentiens oblate & semetipsum, & pro sensib; sese ad finem perpetuo efficaciter & indivisibiliter movens h. e. Spiritum, qualis ipse est, quam particulas separatas & separabiles, organa constituentes certa, & in illis impulsu consimilium determinate motas h. e. materiam corporis produxit. Quæ autem sit consequentia in verbis p. 92. Wenn Gott im Wesen einig, so kan sein Ebenbild nicht aus zweyem bestehen, non video, cum Imago DEi plane non possit propriè repræsentari corpore, nisi velis DEo corpus organizatum cum particulis inibi motis & exin resultantibus intellectiōibus & volitionibus tribuere, quod ipse autor eruditissimus noller.
- (pp) motus mechanicus consistit in particularum materialium in corpore quidem per certa organa, pro ratione figure situs impulsus diversimode determinatarum, organaque rursus determinantium. E. quicquid exin oritur, non potest esse aliud quid, quam talis determinatio, alias enim effectus non posset per causam intelligi, quod absurdum. conf. Georg. Ern. Stahlii Dissertation de differentia motus mechanici & vitalis.
- §. III.
- Quibus rite aestimatis sponte efficaciam perdunt in contrarium a contrafentientibus allata. Mirum nonnullis videtur, si brutorum operationes ex sola materia non deducantur, admittere annihilationem animæ brutorum, (qq) quæ ipsis minime mira videri poterat. Etenim potentia di-
vina,

vina, cui reductionem corporis & mentis adscribunt, annihilationem hanc si adscribant, res consecuta erit; quanquam in regno philosophico nihil de his & similibus annihilationibus probari queat, re hac altioris indaginis Theologiae mystis relictâ. Ad omnem annihilationem, sive spiritus sive materiae, eadem vis infinita, quæ omnibus existentiam & essentiam largita est, requiritur, (rr) spirituumque creatorum & viternitas partim de duratione: corundem corporibus destrutis, partim de conservatione divina, cum eos annihilare nolit, venit intelligenda, cuius voluntatis manifestationem plenius ex sacris querere debemus paginis. Pari ratione mechanismi conceptus, quem inferre volunt, nihil eos juvat. Perspexere impossibilitatem mechanice operationes mentis declarandi, ideoque ad ideam mechanismi non intelligibilis, vel potius ad solam omnipotentiam divinam, configunt, fatentes, omni apparatu mechanico negotium explicande mentis humanae minime confici. (ss) De nullo alio mechanismo aut dispositione materiae eos sermonem facere, quam qui formas peripateticorum introducit, per quem ipsa rei essentia, sive forma constituitur, aut accuratius loquendo in prima creatione constituta est. Non posse vim nativam, quæ propriæ naturæ sit, ex principiis mechanicis, proprie tantummodo motum spectantibus, demonstrari. Talis vero mechanismus est, qui quod explicare per causas naturales mechanicas non potest, vi, id est potentiae divinæ adscribit, ipse vero non potest nisi per æque obscurum, ita, ut nihil intelligas, describi. Num hoc est explicare mentis naturam, dicere, eam ex corpore non per leges mechanicas proprias, sed per aliquam vim, per quam rei essentia seu forma constituitur, aut in creatione constituta est, oriri & esse? Satius fuisset fateri, ignorare eos naturam & constitutionem mentis, neque eam mechanice fieri posse, sed esse creatam quandam a DEo vim aliunde, non ex materiae corporis legibus motus derivandam. Prodit sepe similis obscuritas in eo, quod mentis operationes ex corporis materia, ejusque motu, tanquam effectus ex causa, derivent & tamen im-

immateriales esse fateantur. Præter ea enim, quæ in anteecedente commate dicta sunt, nihil scilicet esse in effectu, quod non sit in causa, per vellem scire, quid intelligent per immateriale & immateriale materiae effectum. Quomodo ex materia fiat immateriale, cum quicquid ex alio oritur, ex quadam ejus potentia effectui analogo oriri debeat? Qui volunt tam perspicui videri, aliisque perpetuo conceptum obscuritatem objicere, non debebant in suis esse Heraclito obscuriores. Provocatio ad imaginem hominis, quam pro immateriali habent, (tt) & excusatio, quemlibet rei motum esse immateriale non tamen spiritum, (uu) manifestat, quod effectum ex materia motu mechanico productum, dicant rem immateriale, qui quidem non materia est, sed materiae accidentis determinatio. Verum res immaterialis inconcinnæ dicitur, quoniam sic rei materiali vel materiae oposita, necessario etiam positivam aliquam essentiam, ab essentia materiae distinctam, deberet significare:

(99) v. autor des Brief Wechsels p. 26.

(rr) conf. le Guerrier Philosophe p. 174. sqq. id. 175.

(ss) de his & sequentibus autor des Brief Wechsels passim, maxime p. 70-73. p. 81.

(tt) id. ib. p. 27. sq. 80. 92.

(uu) autor concordie rationis & fidei in appendice de anima, ubi simul in antecedentibus, mentem esse distinguendam, ait, ab operationibus mentis, quæ nihil aliud sunt, quam motus sive actus mentis, adeoque revera immateriales, sed non properea spiritus, sed modi mentis, quæ ipsa est materialis, & melior pars hominis &c. Ergo juxta eum mens est materia, & producit effectus immateriales. Debuisse potius ita concludere, cujuscunque operations sunt immateriales, & ex materia explicari nequeunt, id ipsum est immateriale, nam de rerum essentiis judicamus ex proprietatibus juxta dissertationem primam cap. I. §. 1. 2.

§. IV.

Imponit nobis hic diversus mechanismi conceptus necessitatem in tres mechanicorum, vulgo sic dictorum, quo-



enim nomine censeri velint mihi perinde est, hypotheses paululum accuratius inquirendi, & quam parum in iis sit maxime pro mentis accidentalitate roboris, excutiendi. Prima classis eorum est, qui naturam sive essentiam materiæ per se mobilem esse afferunt, aut ab æterno ita juxta Epicurum existentem, aut a DEo creatam. Epicurus cum pondere atomorum, descensu in infinito spatio, subsequenteque declinatione & pressione mutua a multis jam explosus est, animadvententibus, deesse probationem hujus hypotheseos, conceptumque declinationis in infinito spatio. Nam in hoc proprie loquendo neque superius neque inferius est, declinationisque nulla ne divinari quidem potest mechanica causa; & quæ alia sunt. Christiani tamen vel maxime DEum in auxilium vocarunt, materiam per se mobilem producentem, conservantemque. Willisio atomi, sublunarium materies, plurimæ adeo activæ & *avtoriūtō* sunt, utnusquam diu confistant, sed e subjecto uno in aliud passim migrant, vel in eodem conclusæ, poros & meatus, in quibus expatientur, sibi producant; & ignem lucemque sicut in mechanicis ita in animalibus putat esse præcipua *έργηντα*. (ww) Quinimo exin brutorum animam constitutam reperi cum Edmundo Dickinsono aliisque (xx) concludit, sensiōnemque, cogitationem, conscientiam sui & alias brutorum opérations huic adscribi posse ac debere existimat. Non possum tamen his postulatis magis quam probatis subscribere, perpendens, probationem *άυτοινήσεως* materiæ addi nullam, materiam enim moveri & vasa rumpere certum, sed principium motus incertum, an in essentia materiæ an extra illam quærendum. Non etiam apparet, quomodo res essentialiter activa sine motu & esse & concipi possit, uti materiam ita concipimus, & experimur; quæ tamen cuncta, ut brevior sim, urgere nolo, sed tantum negare, a quo cunque motu materiæ ad operationes sensiōnum, cogitationis, desiderii, tristitiae, lœtitiae, memoriæ, recordationis, aliqualis ratiocinationis, conscientiæ sui ipsius, de qua ipse nescit, quid dicendum, (yy) non valere consequentiam.

Agno:

Agnovere negationis meæ causam, qui inter veteres ac recentiores cum Kabbalistis materiae quidem motum adscripserunt, sed a spiritibus eam longissime distinxerunt. (zz)

(vv vv) ita differit de anima brutorum cap. VI. p. 49. & cap. IV. p. 35. edit. Genev. Covvardus omni materiae motum tribuit, ap. Raphson. c. I. p. 84. & forsitan etiam autor des Brief-Wechsels p. 73. de materia loquens.

(xx) id. ib. p. 48--50. Dickinsonius in Physica Veteri & Vera c. X. §. 12. sqq. p. 150. sq. edit. Londin. brutorum animas ex terra, sublimata quasi & subtilisata, cum omnibus operationibus derivavit.

(yy) I. c. p. 49. ubi ex sola lege creationis, h. e. DEi instituto conscientiam & moderationem operationum internarum deducit, cum in nulla materia alipud detegere posset, cui talis potentia attribui debeat.

(zz) constat ex omnibus Kabbalisticis, statuere eos, omnia pri-
mum activa & spiritualia esse creata, materiamque postmo-
dum in inertiam esse delapsam, cum perpetuo ad restitu-
tionem conatu? Materiae motum, sed non naturam spiritua-
lem attribuunt illi, quorum cap. I. §. 3. mentionem fecit. For-
san etiam Kabbalam pro fundamento habent illa Thomasii in
Cautelis circa præcognita Jurisprudentia cap. XVIII. §. 24.
not. §. 5. quod atomi non pro materialibus sed immateriali-
bus sint habendæ; addit enim Kabbalisticam rationem, ver-
bis; Video quidem premi hanc meam assertionem ab illa
quæstione, quomodo possibile sit, ut ex immaterialibus re-
bus fierent materialia. Sed hic responderem, id fieri eodem
modo, quomodo scriptura dicat, ex invisibilibus facta esse
visibilia.

§. V.

Succedit altera classis Cartesianorum mechanismum universalem in hoc universo admittens, si operationes hominis mentales excipiatis. Quæ, nobis licet ex mente Car-tesii plane non officiens, dum materiam in se passivam, sed in principio simul cum motu & quiete creatam, ita ut semper certa & determinata motus quantitas a DEo conservetur,
juxta

juxta certas regulas sese movere posse propugnat , nihil liquidum, quodque distincte concipi queat, afferit in medium. Quid enim est illa concreata motus quantitas? Si essentia lis materiæ proprietas , materia movet semet ipsam , quod non vult Cartesius,(a) si autem accidentalis materiæ, aut est substantia , aut motus seu accidens, si ultimum, quorundam inclinat philosophus , (b) modus substantiæ movet substantiam, quod absurdum, si prius , motus necessario erit spiritus. Quocunque se verat, confudit motum materiæ, hoc est, accidentalem ejus determinationem , cum principio motus materiæ creato , quod aut noluit, aut non potuit cognoscere. (c)

(a) legatur des Cartes in Principiorum Philosophorum p. II. §. 24.
25. 26. it. §. 36.

(b) huc pertinent c.l. ultima verba §. 25.

(c) cognovere hoc omnes plasticæ cujusdam naturæ assertores, licet a Cartesianis philosophematisbus alias non alieni , ut Cudworthius in Intellectual System. p. 149.

§. VI

Concludit tertia classis Malebranchistarum, quanquam ea sit Malebrachio longe antiquior, cuius etiam manifesta vestigia in secta Thomistica cernimus.(d) Hanc si sequimur, omnis motus materiæ & corporum a supremo rerum conditore unice & immediate, concurrente corporum contactu & impulsu , quæ tamen causæ tantum occasioales motus sunt, producitur. Cumque spiritus a materia substantialiter distinctos admittat, omnes tamen eorum cogitationes & operationes ab eodem summo Numine, adjuvante quidem sensuum & organorum ministerio, immediate excitari magna subtilitate evincere laborat. (e) Nihil nobis circa mentis spiritualem substantialitatem nocet aut nocere vult, etiamsi confusionem DEi & creaturæ, causarumque occasionium perverissimum conceptum, (f) negatis omnibus causis secundis, facile introducat. Ita etiam enervat natum spirituum creatorum mentiumque humanarum, cum per hos philosophos mens suarum operationum non verus autor,

li.
um.
cia-
od
est
um
an-
spi-
æ.
ci-
tu-
24
li-
Cud-

am
esta
r,
adi-
ctu
tus
iali-
nes
qui-
cita-
circa
ult,
casif-
bus
atu-
rum
eru-
cor,

autor, sed per se iners & elumbis esset tabula vel speculum, omnes ejus operationes DEi operationes haberentur, nihilque ipsi propria vitalitatis (g) quam menti alibi vindicavimus, remaneret, ut merito argumentis optimis a non paucis sit destructa. (h)

- (d) cerni hoc poterit ex libro prolixissimo, nuperrime Parisiis edito, sub titulo: de l' action de Dieu sur les creatures: Tradé dans lequel on prouve la premotion physique par le rasonnement &c. Recensetur in Journal Litteraire T. III. P. II. art. I. p. 251. seqq.
- (e) v. le Pere Malebranche de la Recherche de la verite Lib. VI. P. II. cap. 3. ut & in Eclaircissement I. ac p. 520. Egregie consentit Connor in Evangelio Medici p. 127.
- (f) re ipsa nullus datur harum causarum occasionalium, veris contradistinctarum, conceptus v. libellum Gallicum anonymi: doute, sur le Système physique des causes occasionnelles.
- (g) agit de hanc mentis propria vitalitate pariter Poiretus c. I. §. 21. & nos in Disput. II. cap. I. §. 7. egimus. Non male Author du Moyse eclaircie in anakephalosi p. 83. seqq. de hac & similibus hypothesis judicat, quod mente in non nisi phantasma cogitationum & volitionum reddant, h.e. incognitam massam, in qua Deus cogitationes & volitiones juxta leges sibi praescriptas, vel melius, chimericas horum philosophorum, excitat & continuat. Imo cum determinatio mentis etiam sit motus realis, ac refractaria mentis in peccatis obstinatio sit obfirmatio activa intentis, & Deus omnium motuum realium juxta illos autor sit, Deus non posse non fieri peccati autorem.
- (h) quanquam prolix sententiae hujus defensionem adornaverit Malebranchius c. I. in Eclaircissement I. II. & penultimo, rationibus tamen optimis eam consecuisse Poiretrum inconomia Divina T. I. cap. VI. tot. mihi quidem videtur.

§. VII.

Manet nobis immota spiritualis mentis substantialitas, quam præter ejusmodi ex mechanica quadam hypothesi propullulantes objectiones specialibus etiam concutere amant.

mant. Reduci autem omnes possunt vel ad falsam & obscuram naturae spiritualis, quam nobis cum variis praetensis absurditatibus objiciunt, ideam & cognitionem, vel ad deductionem operationum mentalium ex natura materiae & corporis, quam ipsi moliuntur, vel ad dependentiam mentis a materia & corpore, quam maxime extollunt. Ex his latetris varia in scenam prodeunt argumenta, quorum fortissimum esse videtur, quod urget, minus nos intelligere quid sit mens, aut quid sit spiritus vel substantia spiritualis, per immaterialitatem, terminum negativum male descripta. (i) Nec posse Spiritus naturam cognosci, foliusque materiae & corporis essentiam esse claram & intelligibilem. Ast rogarem ita differentes, quo modo ipsis tam clara materiae & corporis idea innotuerit. Annon per proprietates, h. e. extensionem, motum, soliditatem, divisibilitatem, aut prout hactenus lubet? Instarem ulterius, quid praeter has aut similes proprietates, invicem nexus inseparabili junetas, amplius de materia noscant? Cumque certum sit nihil eos amplius scire, aut scire de illa posse, concluderem rogando, ut idem, unde materia cognita fuit redditum, de Spiritu velint tentare. Deprehendent hac via spiritum humandum esse potentiam activam & vitalem, sensu, cognitione & conscientia in se & corpore suo gestorum praeditam, iuxta rerum diversarum perceptiones volendo sese diversimode ad certum finem determinantem. (k) Has proprietates, quas ut liquidissimas adduxi, neque enim omnibus numeris absolutam condere definitionem volui, (l) inseparabiliter junetas sibique innexas invicem deprehendo, proprietatibus materiae corporis notis manifesto contrariantes, & hac ratione distinctas, unde substantiam spiritualem a materiali diversam appello. (m) Arguit potentiae vitalis conceptus per se substantialitatem, prout haec de creaturis unquam praedicari potest; posse enim varios accidentales motus efficer, notat activitatem & vim distincte subsistente. Quod si quis modum subsistendi nexusque in proprietatibus rationem, quam de materia aequo ignoramus, scire desideret, eos

eos sapientiae Atlantes adeat, qui nubibus capita inferae-
runt. (n) Fateor tamen vulgarem de spiritibus doctrinam,
per illocalitatem, immaterialitatem, inextensionem, [o]
quam de creatis spiritibus praedicant, tam tenebrosam red-
ditam esse, ut mirum non sit, eruditissimos etiam viros ne-
gare potius omnem spiritualiem substantiam creatam, quam
eiusmodi non-intelligibilia concoquere potuisse.

(i) v. autor des Brief-Wechsels p. 80.

(k) prævi via per totam disputationem primam hic minime re-
petendam.

(l) potest etiam diverso respectu diversa condi v. Disput. I. cap. II.
§. 1. ubi etiam substantialis potentia hominem conservandi
& beandi, propriæ conscientia eorum, quæ in ipsa fiunt,
aut per corpus ad ipsam deferuntur, gaudens alio respectu
nominatur.

(m) per principia Disput. I. cap. I. §. 1. 2. 3. & cap. II. §. 2. 3.

(n) conf. Disp. I. cap. I. §. 3. in medio, & simul obseretur præju-
dicium vulgare, ac si corpus notius sit spiritu, cum de men-
te & spiritu non tantum æque multas, imo plures reales
& positivas proprietates intima conscientia non tantum cer-
tissime sciamus, sed etiam per has demum corpus & mate-
riam h. c. ejus proprietates distincte investigemus: quo sen-
su recte Cartesius affirmavit, mentem notiorem esse corpo-
re. Sibi ergo & aliis illud Connor in Evangelio Medici
p. m. 125. it. 128. afferendo: Quid spiritus revera sit, non
patet, sub nostris enim sensus non cadit &c. Num quæso
invibilem substantiam videre aut manibus prendre vult si-
ne spiritu & mente philosophus?

(o) Si Scholasticorum immaterialitatem aut substantiam immate-
rialem pro definitione spiritus habere, aut cum Henrico Ste-
vino in suo Wisconsisch Filosofisch Bedryf Lib. XIII. p. 14.
seq. Spiritum hominis illud intellectu predictum, quod re-
motis omnibus materiam arguentibus proprietatibus super-
est, & locum illius corporis adimpler, dicere volumus, vix
possunt non alii hunc spiritum pro nihilo habere. Adde
illocalitatem [ib. p. 15. & in Connor c. I. p. 125.] & in exten-

sionem Cartesianam, per quam nulla aut magnitudo aut amplitudo spirituijs suis proprietatibus conceditur, & peream, si quid positivum & reale hoc modo concipere potes.

§. VIII.

Leviora sunt, quæ contra mentis peculiarem substantiam moventur exin, quod conceptus cogitationis probet quidem cogitationem non esse corpus, clare enim & evidenter hoc percipi, sed exin non sequi, ergo est substantia a corpore non dependens p) Sua cum umbra pugnat, qui ita ratiocinatur, nemo enim controversiæ gnarus, talem duxit rationem. Ex cogitatione quidem, cui contrariae materiali naturæ proprietates competit, rectissime concluditur, quod neque sit materia neque ex materia vel corpore materiali oriri possit, cum effectus naturam causæ sequatur, & causa naturam causati in se contineat. q) Sed substantialitatem ex omnium mentalium proprietatum actuali diversitate a proprietatibus materiæ & corporis, nec non ex earundem inseparabili nexu jam in priori dissertatione deduximus. Qui veterem illam cantilenam, in mente non nisi proprietates intelligi, quas ut accidentia concipimus, subiecto cuidam inherentia, objectionis loco occinere vellet, quod præjudicium facile ansam dare accidentalitatì mentis potuit, vetus etiam nostrum audierit responsorium, quod in dissertatione prima cecinimus, r) simulque percipiet monitum, sua ratiocinatione, si ei velit insistere, destrui ipsius materiæ & corporis substantialitatem, quod tamen pro substantia creata ab omnibus non Spinozistis habetur.

(p) v. Realem de Vienna cap. I. p. 12.

(q) conf. hujus cap. §. 2. & 3.

(r) cap. I. §. 1. 2. 3.

§. IX.

Recondat ergo sese hæc objectiuncula post siparium, ut nova in orchestram prodeat, a negatione libertatis in voluntate, & necessaria causarum catena, (s) qua omnes mentis operationes per suas causas determinatae evolvuntur, deductam, quam forsitan quis mechanisticum quendam materialem in-

involvere posset opinari. Negaremus in hac argumentatione omnem consequentiam, si quis eam urgeret, necessitas enim a causis determinatis orta, neque substantialitatem neque spiritualitatem tollit. Et DEus nihil agit sine causa determinata, nihilque sit sine causa, imo irrationalis ratio esset, sine ratione determinata agens, sed nihil perfectioni DEI rerumque substantialium a DEO productarum hoc ipso decedit. Quod voluntatem attinet, illa semper per aliquam causam ad hoc vel illud, & adhoc fortius aut remissius volendum, determinatur, naturae suae conformiter, salva tamen mentis ipsius libertate, cum spiritus sit principium vitale, juxta typum ipsi concreatum, quem alterare aut excedere haud potest, agens. Sed mens, & que in volendo & intelligendo libera manet, sunt enim unius mentis indivisibilis proprietates, (t) quoniam omnes suas actiones & passiones, juxta causas, quas invenit, variare, alterare, componere, dividere, intendere, remittere, id est, sufficienter moderari potest, in quo omnis latet emendationis fundamentum. [u]

(s) v. autorem des Brief-Wechsels p. 21. & 89.

(t) apposite de his disserit Episcopius in Epistolis Remonstrantium p. m. 805. sqq.

(u) de hac libertate dictum in Disput. I. cap. 1. S. 10.

S. X.

Vix etiam & ne vix quidem locum tueri suum poterit objectio quarta, quam admiratio suppeditavit, quia fiat, ut mens, si substantia intelligens sit, non citius se, quam alia cognoscat, tamque ignara sui inveniatur, ut neque ortum, neque sedem, neque cum corpore vinculum, neque statum post corporis destructionem queat invenire. [w] Licebit brevi declaratione admirationem hanc depellere, quam dubio procul nunquam contraxissent, modo observassent, mentem quidem substantiam intelligentem sed finitam esse, neque se neque alia penitus uno quasi obtutu intelligentem. Simul ac producitur in maternis habitaculis, aliquid de se aliquid de corpore sibi juncto necessario percepit cognovitque, licet ipsa non recordetur ejus, quod de se aut de corpore omni-

um primo fuerit cognitum. Augentur sensiones internæ & externæ, augetur etiam cognitio de se, de corpore, deque rebus corpus, & per hoc mentem, affientibus. Neque tam ignara fui est, ac depingitur, quanquam perpetua rerum sensibilium perceptione occupata, supra semet rarius, quam par erat, reflectit. Ortum a parentibus duxisse, firmissimis rationibus concludit, alibi exponendis, (x) modum vero, cum nihil potuerit cognoscere, antequam fuit, necessario ignorat. Sedem viva tensione percepit suam in corde & cerebro, sive quis hæc duo corporis centra physica dicere, sive alia ratione fese explicare velit. (y) Vinculum vero suum cum corpore ignorare debet, cum illud in productione ejus fuerit constitutum, neque semet intelligat res, quando producitur. Statum post leceffum a corpore non potest nosse, cum nunquam extra corpus fuerit, quanquam non possit non certo concludere, eam tunc non posse amplius illis rebus affici, quibus jam per corpus solummodo afficitur. (z)

(vv) v. autorem des Brief-Wechsels p. 35. seqq. & Real. de Vienna p. 73. qui tamen paulo post p. 85. agnoscit, animam rationalem solam sui conscientiam esse.

(x) v. Poiretti oeconomicam divinam T. I. cap. VII. §. 14-20. & conf. Dickinsoni Physicam veterem & veram cap. XI. argumentis enim Theologicis & Philosophicis clarissime hæc evinci veritas potest.

(y) consentit autor des Brief-Wechsels p. 19. & 23.

(z) plures ejusmodi de statu separato cognitiones adducit ex natura Beecherus in Psychosophia p. 6. 8. 56. 309.

Levisima sunt, quæ de resurrectione, timore mortis ac vita æterna contra spiritualem mentis substantialitatem in medium afferuntur, ac si comprehendendi haud queat, cur mens, si spiritualis & immortalis esset substantia, articulum fidei de resurrectione pro absurdo, & tradita de futura vita in sacris literis vix credita digna haberet, mortemque, sibi tamen haud nocitaram, tanto cum horrore extimesceret. (aa) Ut enim

υπερον πρότερον ὀμηρικῶς, quod ajunt, faciam, quid mirum, mente corpus, cum quo unita fuit, simul ac fuit, & per quod tota percipit ac perecepit, imo cum quo horum omnium, totque amicorum amicarumque, in quibus cunctis mundo deditae mentes unicam suam felicitatem ac salutem ponunt, commercium amittit, ægre dimittere. Secus se res in iis habet, quæ in centrum amoris divini rerumque spiritualium omniania sua desideria collegerunt, speque meliorum & æternorum præstantium honorum gustum vincere didicerunt, ut gentiles etiam saniores mortem ut omnium terribilium terribilissimum, quod etiam minime est, [bb] haud perhoruerint. Quæ de futura vita creduntur, tantum abest, ut ab omnibus pro creditu difficultissimis habeantur, ut potius ea plurimi gentilium, licet non iisdem cum circumstantiis, sponte admiserint: quod vero mentes materialibus rebus rerumque desideriis penitus immerse hæc & similia dogmata negent, aut pro stultis & insipidis traducant, non a defectu creatæ potentiaz meliora cognoscendi sibi perfadendi provenit, siquidem apertissimis etiam veritatibus ac facillime cognoscendis deditæ vanitatibus mentes prefacte contradicant. Quid vero difficultas articuli de resurrectione ad negationem spiritualis substantiaz faciat, haud video, corpus quippe concernit, cuius fata futura finitus spiritus, sui etiam optime conscius, bene ignorare potest, neque omnium futurorum cognitio respectu sui & sui corporis a limitato corporique inclusio spiritu poterit pretendi, cum sufficiant quædam futuri status totius hominis in mente latitania indicia, quæ seria reflexione in se, per quam solam spiritus seipsum cognoscere potest, non potest non invenire. [cc]

(aa) lege has objectiones in autore des. Brief-Wechsels p. 26. & 38.

(bb) solide hoc ostendit contra commune præjudicium Thomas, in cautel. circa præcognita Jurisprud. cap. XVIII, §. 26. nor. (ll).

(cc) conf. cogitata Becheri c. I. p. 6. 7. 8. 9. 10.

Pervenio nunc ad secundum genus objectionum, quas ex œconomia sensuum omniumque mentis operationum extrahere laborant, ostensuri, ex solo motu in organis sensoriis succisque corporum totum processum sentienti, cogitandi & volendi, aut omne illud, quod mentem dicimus, prodire. Nihil sine corpore mentem agere posse, omnesque ejus operationes a sensibus externis, eorumque continuatione aut repetitione dependere supponunt magis, quam probant. Id enim, quod aliquo tantum cum colore depingi magis quam declarari potest, magno ostentant conatu, de illis, qua aut difficillime aut plane non succidunt, nihil in medium afferentes, aut ad DEi potentiam confugientes. (dd) Ibumus per singula, præmissa tantum brevi observatione, quam argumentum in genere exigit. Primum enim hæc consequentia, mentem non esse spiritualem substantiam, quoniam omnes ejus operationes a sensione corporis rerumque corpus sufficientium, incipiunt & oriuntur, minime est admittenda. Potentia quippe spirituales realissimæ ac substantiales vere existunt, antequam in actum conjiciantur. (ee) Pariter secundo falsissimum est, nihil esse in mente, quod non a sensione per corpus dependent, mentemq; hoc modo nihil sine corpore operari. Intensissimæ sunt mentis operationes, a quibus corpus nihil participat, sed cum omnibus sensibus quiescit, imo quoties intentissimis cogitationibus & volitionibus, quorundam & ecstasis pertinet, immoratur, toties omnibus sensu requiritis praesentibus, nihil sentimus. Habent omnes homines quasdam a prima origine inclinationes, & ad varias res & artes aptitudines cum ipsis natas, ita ut diversi eadem institutione morumque formatione utentes, diversissimis tamen sint sententiis inventis moribusque praediti, talesque per omnem vitam permaneant. Quas inclinationes ac aptitudines si ideas innatas dicere velles, mihi haec tenus nihil decedit, si tantum observes, male eas a nonnullis dissidentibus in fibrum corporalium diversitate queri, sed non inveniri. [ee]

Non

Non sufficit affirmasse, uti membris externis ita internis fibra-
rum dispositionibus & flexionibus cum parentibus quandam
dari convenientiam, & esse has ipsas a parentibus in nos
transfusas dispositiones ideas innatas; ita ut tales fibrarum
conformations, quae in Adamo fuerint, usque in nos, tan-
quam reliquiae legis divinae & luminis naturalis, descende-
rint. Quis enim gratis sibi haec persuaderet, & quanam est
inter dispositiones fibrarum, ab impressione idearum uti pu-
tant causatas, & inclinationes ac aptitudines cogitandi refle-
ctendique perpetuas h. e. potentias activas convenientia, ut
pro iisdem censenda rebus sint?

(dd) ita affectus ex corpore deducit autor des Brief-Wechsels p. 22.

(ee) maxime in his explorandis & ex solius corporis dispositione
derivandis occupatur id. ib. p. 20, & 36. sqq.

§. XIII.

Quodque in specie sensio[n]em attinet, aliis placet
rem ita declarare; premere scilicet objectum externum or-
ganon suum proprium, in homine mediate aut immediate,
& premendo in nervis efficere totum introrsum ad cere-
brum, & inde ad cor, unde nascatur cordis "contra-pressio",
liberantis se a pressione per motum tendentem extorsum,
qui motus appareat tanquam aliquid externum, & dicatur
phantasma sive sensio, quod hac ratione per reactionem for-
metur. (ff) Aliis sensio nihil aliud esse viderur, quam virtus
e contremiscentia vel collisione Spirituum orta; qua sub-
stantia objectorum modos interne in se recipit. (gg) Rur-
sus alios dixisse juvat, sensio[n]es fieri, si organo sensus in ob-
jectum directo variæ commotiones in fibris cerebri, semper,
ut notum, in organon quoddam sensorium terminantibus,
orientur; ex quibus cerebri commotionibus fierent ideae.
(hh) Explicatio aliorum est, quod sensus sint motus ab ob-
jectis externis impressi fibrillis nervorum, hinc inde per
membranas disperforum, delatiad cerebrum, ubi pro diver-
sitate organorum, objectorum & motus, diversas imagines si-
ve perceptiones formant. (ii) In his licet unus sit scopus,
communisque error, diversa tamen erunt hinc & inde mo-
men-

nenda. Communis error est, quod omnes essentialissimum
 fensionis omittant, & tantum occasionem fensionis, vel, si
 mavis, causam qua impellente mens sentit, in corpore factam
 referant, atque pro integra fensione iuident, h.e. omit-
 tunt impressionis objecti & motus in nervis & cerebro ex-
 citati internam conscientiam vel animadversionem, sine qua
 sensio non est sensio. Si mens advertit, quomodo corpus
 suum afficiatur, fit sensio. (kk) Substantia enim hac spiritualis,
 materiali mundo immittenda, corpore materiali circum-
 vestienda erat, per quod, tanquam analogon, rebus materia-
 libus afficeretur, ita ut impressio objectorum in corpus, sem-
 per magis magisque per organa subtilifata, apta demum red-
 deretur, quam mens perciperet, h.e. intus animadverteret.
 Præterea peccant omnes in eo, quod a causa quadam mecha-
 nica, motu scilicet fibrarum nervearum, succorum cerebri
 & cordis, statim ad effectum vitalem, internam hujus motus
 conscientiam, animadversionem, vel etiam ad ideam h.e. rei
 sensibus perceptæ manifestationem concludant, licet inter
 causam & effectum nulla ostendatur, nec ostendi unquam
 queat, (ll) convenientia. Que uti oppido falsitatem toti-
 us deductionis manifestant, ita specialibus quibusdam defe-
 ctibus laborare deprehendentur. Primi partim ponunt, quod
 non probant, illam scilicet contrappressionem cerebri aut cor-
 dis, partim phantasma, hoc est, ideam, cum tensione confun-
 dunt, vel potius fensionem plane non explicant. Secundi
 animadvertunt esse fensionem longe aliud quid, quam me-
 rum motum in nervis & cerebro, sed ne sciant, quid sit. Vir-
 tum dicunt e contremiscentia ortam, sed virtus activitatem
 notat quomodo autem ex passione organorum & motu
 succorum nascitur vitalis activitas? Hac virtute substantia
 (h.e. cerebrum, ut alibi loquuntur,) objectorum modos in-
 terne inse recipit. Ergo modi objectorum transiunt in ce-
 rebrum, quod non potest intelligi, cum modi insint rebus.
 Et quid est rō recipere, quod non explicant, simulque ide-
 am a fensione non satis distingvunt? Tertiū de motu quidem
 nervorum & cerebri loquuntur, sed de fensione tacent, mo-
 tus enim hic demum elicit & causat fensionem, nec non ide-

as cum sensionibus pariter confundunt. Quarti quidem clarissimi apparent, sed communibus indicatisque erroribus subjacent, inter perceptionem, h. e. sensionem, & imagines, h.e. ideas rerum, non satis distingueentes.

(ff) ita rem declaravit Hobbesius in Leviathan cap. I. p. 3. nec non in Physica cap. 15. art. 2. & cap. 25. conf. Raphson in Epist. Miscell. p. 96. ubi & consensum Covardi probat p. 102. sq. Quodque Leibnitus & Glissonius videantur proxime accedere p. 100. sqq. Peculiare est, quod palmarium centrum mentis in corde quasiverit Hobbesius, ex sententia Epicuri, de qua Lucretius Lib. III. p. 68. edit. Cantabrig. an. 1686.

Consilium, quod nos animam mentemque vocamus,

Idque sicut media regione in pectoris habet.

(gg) ita Realis de Vienna p. 74. qui conscientiam internum effectum ex materia agitata existentem dicit, sed non probat; ib. p. 85.

(hh) legi autem des Brief-Wehsels p. 19. sq.

(ii) autor concordiae rationis & fidei cap. III. §. 4. ita loquitur.

(kk) per Disput. I. cap. I. §. 4.

(ll) juxta dicta hujus capituli §. 2. 3.

§. XIV.

Explicata sensione, & eo quod nobis circa illam monendum occurrit perspecto, deberet in dissentientibus philosophis clara idearum explicatio succedere, quam tamen aut de industria aut per negligentiam ubique omittunt, sensionem cum idea confundendo. Ajunt quidem cognitionem [idea autem est primus gradus cognitionis,) per intromissionem idearum, perque promptitudinem motus fibrarum cerebri, originem sumere, (mm) sed haec intromissio idearum est nudus sine sensu sonus. Num ideæ extra cerebrum formantur, & in illud assumuntur, & quomodo formantur, quidque sunt ideæ? Cerebri aptitudinem nemo non requirit ad cognoscendas res sensibus externis subjectas, cum spiritus per ineptum organon, cui intime junctum est, non possit perfecte in hac vita operari, sed quid exin ad cognoscendas ideas? Addunt, nihil hominem cognoscere & scire posse, nisi fibræ cerebri per sensus recte disponerentur; quid vero impedit, quo minus dicamus, non

tantum fibras, sed etiam ipsas mentis finitae potentias exercitio roborari reddique excellentiores? Scilicet non poterant suis ex principio naturam id earum explicare, nam clare loquendo idea est proprietatis aut proprietatum (nn) rei a mente occasione sensionis excitata manifestatio. Loquor autem de ideis acquisitis realibus, nam facte jam sunt effectus ingenii. Sensione antecedit, idea sequitur, licet statim se invicem in nobis excipient, ideo tamen non confundenda. (oo) Quæ a rebus ipsis, proportionata sentiendi facultate a nobis perceptis, a mente excitantur, vivæ, quæ autem citra res ipsis, quarum ideas sunt, perceptas earumq; realem sensionem, audiendo, videndo legendoque a mente producuntur, non inconcinne mortuæ dici possunt. Hinc propria conscientia comperimus, mentem humanam, occasione sensionis excitatam, esse primum conditum omnium idearum, sive manifestationum rerum perceptarum. (pp)

(mm) v. autorem des Briefs Wechsels p. 19. 20.

(nn), nam in rebus non nisi proprietates percipimus, juxta disput.

I. cap. I. §. 1. & 5.

(oo) sensit hoc & deduxit paulisper Realis de Vienna p. 74, sq.

(pp) id omne quidem ex hypothesi dissentientium, nullo modo cognosci aut exponi potest. Nihilominus brevior in hoc fuisset, nisi apud plurimos philosophorum regnare circa hanc materiam inconcinnos maxime conceptus facis superposuit mihi constaret. Potest id, quod hoc loco de mente & ejus spirituali potentia formandi rerum ideas innuit, per omnium sensuumconomiam illustrari e. g. per visum. Video objectum, depingitur in tunica retina aut ubicunque in oculo velis, hactenus enim nihil refert, continuatur ejus imaginula usque ad cerebrum. (loquor hic ex hypothesi, nihil enim hoc non videtur,) ibique etiam depingitur, hæc tamen imagineula non est id, quod cognosco, sed tantum medium, mediante quo cognosco objectum externum, scioque certissime illud præsens esse, ac excito illius manifestationem vel ideam. Nam si illa objecti imaginula esset id, quod cognosco, rem minimam cognoscere, cum tamen eam pro magnitudine sua reali cognoscam. Non male vere-

res,



res: Intelligentem fieri debere omnia intelligibilia, non esse
reali, sed idealis. Si ejusmodi rei depicta intus imago aut
in cerebro excitatus motus tota esset sensio & idea, specu-
lum etiam haberet sensiōnem & ideam, chordaque tensa &
harmonico agitata tremore sensiōnem & ideam toni musici.
Quorsum demum hęc philosophia abiret?

S. XV.

A sensiōnibus & ideis ad memoriam & imaginatio-
nem pervenio, quarum explicatione non majorem hypothesi-
sue lūcem accidunt. Imaginationem esse motus ab objec-
tis cerebro & fibris impressi & ex in orti phantasmatis conti-
nuationem objecto remoto; deficere autem sensim sensim-
que sensiōnem, dilui & evanescere, ut corporis motus sensim
deficit, ideoque hanc dilutionem phantasmatum dici memo-
riam, ita ut imaginatio & memoria una sint res, sed propter
diversos respectus diversis nominibus notata. (qq) Aliis arri-
det dicere, imaginationem esse sensum internum, in cerebro
sedēm habentem, imagines a sensibus excitatas recipientem,
& menti repräsentantem, sive esse perceptionem objecto-
rum extrinsecorum. Memoriam esse continuationem, &
reminiscentiam, restorationem imaginum, a sensibus ad ima-
ginationem delatarum, sive continuationem & repetitionem
motus prioris, qui imaginem in cerebro formaverat, vi spi-
rituum animalium, eodem modo ad impressa vestigia fluen-
tiū factam, priuamque imaginem vel conservantem, vel
restaurantem. (rr) Habemus hic multum corticis, sed pa-
rum nuclei, in quibus tamen hoc regnat præjudicium, ac
si humana mens non nisi phantasticas aut imaginativas habe-
ret ideas. Res visus tantum imagunculis internis, vel veris
phantasticis picturis exprimere licet, aliorum sensuum ideas
minus, rerum autem spiritualium minime. Phantasia ergo
& imaginatio proprie tantum datur sensiōnum per visionem,
cumque omnium mentis actionum & passionum detur mem-
oria & recordatio, [ff] male hęc cum imaginatione con-
funditur. Dein nulla est ratio, cur memoriae natura in dilu-
tione phantasmatum ponatur, æque enim sępe viva est ideę
conservatio & repetitio, quam si res coram detur intuenda.

E 3

Utro-

Utrobique autem deest illa vis & potentia, quæ ideas conservat, redditque, hoc est, deest illud, quod tantopere reformidant, substantiale & spirituale principium. Maxime secunda sententia conservat familiarem eis obscuritatis charactrem. Nimurum sensui interno adscribitur imaginum sensibilium receptio, & menti facta repræsentatio. Verum sensus internus est merus juxta hos motus, quib⁹ ergo recipit alium motum, illumque tertio repræsentat; mensque, si hos audias, est accidens, quib⁹ igitur accidens recipit accidentia, & repræsentat accidens, ut cognoscatur ab hoc accidente & modo fibrarum cerebri. Neque satis est, repetitionem idearum vi spirituum animalium, eodem modo ad impressa vestigia fluentium, tribuere, cum plane nequeat intelligi, partim qua ratione tot innumerabiles ideas &ensiones distinctis in cellulis & fibris conservari queant, succendentibus continuo novis fibrarum motibus & inflexionibus, partim ignota sit illa vis spiritus animales ad eundem rursus fluxum determinans, ni potentiam vitalem, hoc est spiritum, velis admittere.

(qq) ex sententia Hobbesii in Leviathan p. 45.

(rr) ita autor concordie rationis & fidei c. I. §. 5, 6,

(ff) v. Disput. I. c. i. §. 6.

s. XVI.

Quod si porro ingenium & judicium per hos philosophos exquirimus, eosdem percipimus defectus. Redire utrumque ad exercitium frequentissimum in diversis rebus, (tt) palam est, sed adest etiam judicium citra exercitationem & culturam, ita ut hoc non sit rem explicare, sed ut explicatam supponere. Quibusdam ingenii & judicii processus cogitatio, sive consequentia & series imaginationum aut phantasmatum, audit, aut discursus mentalis. Non esse hunc fortuitum, quin potius semper talis excitetur cogitatio, cuius similis jam in antecedente cogitatione aut sensione confundunt enim sensiōnem & ideam, fuerat. Oriens ex seriem cogitationum irregularem, absque fine proposito, & regularem, juxta finem propositum, in qua vel ab effectu cause, vel a causis effectus deducuntur. [uu] Verissima haec esse, atque in mente ita fieri nullus inficit, bre-

brevi adjecto monito, melius dici seriem idearum, quam imaginationum aut phantasmatum. (w w) Interim nihil his lucrantur, cum enim ideas, uti deductum, non possint ori-ri a motibus, aut esse motus nervorum & cerebri, neque hoc de tensionibus queat concidi, negatur omnem hunc cogitandi progressum ex causis prodire materialibus. Lo-quentur de fine, ad quem dirigantur ordine accuratisimo cogitationes, sed ignorant directorem, qui ut principium activum & vivum finem querit, ideas nascentes dirigit, con-jungit, disjungit, componit, dividit, intendit, remittit, intimaque conscientia introspicit, anque recte an secus pro scopo semel proposito fiant, sibique succedant efficaciter moderatur (xx).

(tt) v. autor des Brief-wechsels p. 25. seq: & p. 86.
(uu) ita Hobbesius Leviathan p. 8. 9. seq. ubi etiam aliquid de reminiscencia & prudencia subiungit, quod adjectis ex hoc §. monitis admitti potest, adde p. 18. 19.

(w w) vi §. antecedentis.
(xx) adde Disput. I. c. I. §. 7. & c. II. §. 8.

§. XVII.

Insurgunt demum declaratione voluntatis, ut rursus cadant, cuius naturam vel in pressione cordis ejusque con-trappressionem, (yy) vel in fortiori conceptus cuiusdam inclina-tionem & propensionem [Nachhängung] ac in sequente faciliori motu certorum muscularum aut membrorum, aut per affectus aut per præscriptam legem causatis, frustra querunt. Lex ipsis instinctor audit, affectus autem proprium essen-tiale aut consequens animantium, cum alia ratione ne-queat declarari. (zz) Voluntatem & noluntatem esse motus mentis reflexos, cum requiratur objectum, sensibus repre-sentatum, motus sensuum, imago objecti, menti oblate, perceptio imaginis, iudicium & quandoque ratiocinatio, quibus positis homo, qui hactenus motus fuit & patiens, motu quodam reciproco sive reflexo, a iudicio tanquam principio interno & activo procedente, compellitur, sive quedam ipsis membra disponuntur ad secundum bonum & fugiendum malum. Tribuunt ergo affectus fan-guini

guini & humoribus magis vel minus fermentatis, fluxuque eorum vel aucto vel diminuto. [a] Sunt in his tot lapsus, ut semet ipsos parum consulisse & cognovisse talia scribentes non immerito videantur. Voluntas omnium consensu est desiderium, quo expleto gaudium aut lœtitia, frustrato aut perverso tristitia ex oritur. Habeimus desideria fortissima, ut in infantibus patet, antequam aut de lege aut de judicio reflexo aliquid novimus, unde facile colligas, diversas volitiones esse connatas desiderandi potentias, variis objectis impressis in actum conjectas, ita ut diversi diversissimas semper & ubique possideant, iisque tanquam primo mobili omnium internarum & externarum actionum determinentur. Spes metusque sunt harum moderatores, quibus varie intenduntur & remittuntur. Quid ergo sentiendum de his contrasentientium declarationibus ultra appetat. Pressio & contrapressio cordis nihil habet cum desiderio, lœtia, & tristitia convenientiae. Quid est inclinare fortius conceptum per affectus aut legem, ubi nulla est viva potentia inclinandi? Affectum dicere proprium assentiale animantium, est profiteri, quod ex causis materialibus, omnibusque humoribus, nervis, fibris & fibrillis ab his philosophis nequeat deduci. Voluntas & voluntas non tam iudicio quam sola perceptione grata aut ingrata citra ullum examen oriuntur, & unigratum est, quod alteri ingratissimum, ira ut agnoscentes etiam desideriorum stultitiam, tamen desiderent. Affectus ab humoribus magis vel minus fermentatis deducere, est ex pedibus facere caput, quia affectus faciunt, ut magis vel minus fermententur humores. Quod exempli gratia aliquis per levissimam injuriam totus iracundia accendatur, quam alter ridet, & ne quidem illa commovetur, quomodo hoc ex humoribus magis vel minus fermentatis derivandum?

(yy) colligitur hoc ex illis, quæ supra §. 13. ex Hobbesio allata sunt.
 (zz) v. autor des Brief-Wechsels p. 21-23. ubi ex affectuum natura se ipsum non potest extirpare, in primis circa perceptionem tam sensibilem boni & mali, grati & ingrati.
 (aa) sunt hæc verba autoris Concordia rationis & fidei c. I. §. 11.
 & 13. oportet modicam mulam subvenirent
 inquit

§.XIX.

§. XIX.

Demum agmen claudit tertium objectionum fundatum, dependentia scilicet mentis perpetua a materia & corpore. Hanc usque adeo extollunt, ut nihil fere menti relinquatur, quod non sit corporis & materiae, [b] cum a materia non tantum afficiatur perpetuo, sed etiam alatur per aërem, sanguinem, alimenta, [c] regionumque climata. [d] Affici pariter morbis per materiam, curarique mediis iisdem, [e] quinimo crescere mentem cum corpore, ita ut infantes ne quidem mentem veram habeant, [f] decrescere, senescere & interire. [g] Est in his maxima veri species, quam tollere, quantum brevi discursu fieri potest, tentabo.

- (b) objectiones cumulatim Realis de Vienna, p. 73. adde autorem Concordiae rationis & fidei in Cap. X. f. Appendix de anima;
- (c) ita Cowardus ap. Raphson p. 88. sq.
- (d) v. autor des Brief-Wechsels p. 74.
- (e) idem Covardus ib. p. 90. adde autorem des Brief-Wechsels p. 24.
- (f) ex sententia Realis de Vienna p. 84.
- (g) Cowardus c. l. p. 92. sqq. & autor Brief-Wechsels p. 81. sq.

§. XIX.

In genere probe notandum, ut his dubiis satisfiat, solutionis fundamentum, quod natura spiritualis suppeditat, simulque mentis nostrae naturam illustrat egregie. Nititur omne objectionis robur falsa persuasione, ac si nullus dari posset materia in spiritum influxus & operatio. Hujusque reactio in materiam, quam ex Cartesianis principiis, quibus notissimus ille Beckerus pariter deceptus fuit, [h] haustam, applicare hic solent dissentientes. Verum cum spiritus quilibet creatus & finitus potentia sit vitalis, & per essentiam juxta conceptum sibi typum activa, uti ex prima constat disputatione, non potest non propter suam finitam naturam in aliqua re ita esse, ut non sit extra illam h. e. certum occupare modo licet in divisibili locum, eumq; explicatis inibi proprietatibus suis spiritualibus amplitudine quadam potentiarum adimplere. Hæc amplitudo essentialium proprietatum spiritui cum materia communis est, (i) per quam se invicem tangere, tactuq; afficere

possunt; nisi enim quadam in proprietate communi convenienter, affectio mutua esset impossibilis. Per hanc humanus spiritus potentis suis, quibus constat, quæq; ex se invicem indivisibiliter sequuntur, (k) in corporis sui succis, subtilitate quasi proportionata, ut tangere & tangi possit, elaboratis, similiusq; organis, tanquam in certis centris, concentratus est, exin per connexos succos, conexaque organa vires suas per totum corpus quasi diffundens. [l] Cumq; in his centris, tanquam in fede & delubro suo, vere habitet; & non nisi in organis & succis, subtilitate proportionatis aut adaptatis, innatas suas potentias exercere possit, quamdui illis inheret, inibique centrum suum habet; mutatis succis organisque non potest non aliter operari, donec destructis his, centrisque inhabilibus redditis, necessitate quasi imposita excedere delubro jubeatur. [m] Praeter hanc primam observationem altera adjicienda est, quæ alteri falsæ persuasiōni, quasi nihil in hominis mente ultra sensuum rerum perceptiones, manifestations & appetitus reperiatur, obicem ponere conatur. Nimirum spiritus humanus, corpori junctus, inque materialem mundum collocandus, necessario habere quasdam proprietates debebat, quibus hunc mundum perciperet, ut sunt sensio externa, phantasia ac imaginatio, & appetitus vulgo sic dictus sensitivus, quibus respondent altiores proprietates, ut sensio interna, intelligentia, & voluntas internorum spiritualiumque bonorum. (n) Haec proprietates indivisibiliter sibi innectuntur, ut propria quælibet docet experientia, sed cum hac differentia, quod mundo materiali destinatae quasi proprietates materia hujus universi, rebusq; huc pertinentibus, proxime & maxime afficiantur, variasq; hinc in exercitio patiantur mutationes, cunctæ altiores illæ collectæ in semet aliorum contendere viribus suis queant. (o) Inde est, quod corpus mentem, mensq; corpus afficiat, quodq; proprietates inferiores varie alterentur in exercitiis suis, salva substantialitate mentis spirituali, ita, ut in proposito contra nos argumento omnem consequiam recte negemus.

(h) v. Bekkeri Mundus Fascinatus Lib. II. e. VI. & VII. §. 9. 23.

(i) v. Morini Astrologiam Gallicam Lib. IV. c. I. II. III.

(k) res probata fuit in dissert. I. c. II. §. 2.

(l) ex.

- (l) expandere scilicet illas & contrahere potest, uti in l^aetitiae & tristitiae effectibus reperimus.
- (m) imo mens expugnato per morbum corpore, quod non raro pr^aesentit, ut plurimum abitum desiderat, uti in moribundis cernimus.
- (n) breviter h^ac tantum, totamque differentiam tangere licet, de qua prolixius alibi, neque etiam de numero harum proprietatum ullam litem aut moyere aut motam excipere animus est.
- (o) ex his principiis non pauci tres hominis partes sibi invicem contradistinctas admittunt, sed nec de his, cum hoc non pertineant, pugnabo.

g. XX.

In specie autem pauca addenda veniunt, materia enim aer, sanguis, alimenta, regionumque climata nutriunt, non mentem, sed sedem & instrumentum mentis, unde his variatis proprietates ejus inferiores in exercitio alterantur. Morbi mentis, mania, hydrophobia, rabies canina, mania, phrenitis, in inferiorum proprietatum exercitationibus oriuntur, neque naturae spiritus finiti, & valde in sede sua limitati, repugnat posse exacerbari & impressionibus violentioribus phantasticis a liquamdiu obtemperare, quorsum etiam refero varios variorum plantarum, narcoticо phantasticarum, ut cicuta, hyoscyami, daturae sive datura Indorum, mandragora, solani furiosi &c. effectus satis stupendos. (p) Crescit & decrescit aptitudo corporis in succis & organis, imo crescit etiam, hoc est, augetur vis & potentia spiritualis, utpote finita & semper maiores admittens gradus. Quod vero organis succisque senio confectis operationes mentis cum his connexae, hoc est, inferiores, tanquam potentiae cum instrumentis, nequeant pariter se esse exercere, non est mirum, cum interim superiores proprietates potius fiant excellentiores. Infantes demum mentes proprias non habere mentesque interire cessante motu & impulsu succorum, consequentia ex hypothesi contra sentientium est, quae una cum hac ruit & dissipatur. Cessant equidem operationes mentis, quarum exercitia corporis auxilio opus habent, perenniante essentia, reliquisque ad altiora pertinentibus operationibus haud cessantibus.

(p) v. Joh. Caspari Westphali Pathologiam Daemoniacam p. 32.
F 2
sqq.

sqq. Unde in his herbis hæ sint vires, hic non venit inquirendum.

S. XXI. Involvunt hactenus dicta tot diversas difficultesque, prout vulgo videntur, veritates, ut tam brevis dissertationis circulus illis exhauriendis non sufficiat. Multa inter spergere magis quam explicare potui, quibus DEo benedicente alium locum aliudque tempus mente destinavi. Et quos lectores judicesque rogatos velim, ne si quæ forsan inclemens dicta in dissentientes exciderint, illa aut affectui iniquiori, a quo sum hoc maxime in negotio alienissimus, aut mentis immodestie, quam quotidiana edoctus experientia quotidie magis magisque in opinionibus & refutationibus detestor, sed fiducie bona causa, confuetisque disputandi formulis tribuant, quam humanitatem, ut & cuiuscunque mode stas objectiones, omni studiorum genere compensare nunquam non allaborabo.

T A N T U M.

E P I M E T R A.

- I. **L**ex naturæ humana est regula veræ & genuinæ boni
felicitatis.
- II. Jus gentium & jus civitatis sunt applicationes legis naturæ
ad gentes & civitates, non peculiaria Jura.
- III. Regule interpretationis, quæ vulgo in Jure Naturæ tradun-
tur, plane ad hoc non pertinent.
- IV. Doctrina de existentia & essentia DEi non est pars Juris
Naturæ, sed ejus principium & prærequisitum.
- V. Moralitas actionum est relatio earundem ad certum finem felicitatis.
- VI. Tota Philosophia moralis est systema cultus DEi seu religio-
nis naturalis.
- VII. Affectus homini in hac vita sunt necessarii, & per conse-
quens natura sua boni.
- VIII. Juris naturæ tractatio proprie ad philosophiam, Juris au-
tem Gentium & civitatis proprie ad Jurisprudentiam
pertinet.

01 A 6731

ULB Halle
004 122 828

3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



MENS SUBSTANTIA¹⁷
CORPORE
ESSENTIALITER DIVERSA,
INCLYTI ORDINIS PHILOSOPHICI
CONSENSU
PRO LOCO
IN EODEM OBTINENDO
DISSERTATIONE
METAPHYSICO-ANTHROPOLOGICA
SECUNDA
CONTRA
RECENTIORES QVOSDAM EPICUREO-HOBESIANOS
VINDICATA
A
M. GOTTFRIED POLYCARPO
MÜLLERO,
STOLB. MISN.
D. XXV. AUG. ANNO MDCCXIV.
H. L. Q. C.
LIPSIÆ,
LITERIS ANDREÆ MARTINI SCHEDIL.